

# LEXANDER LITTA

Iuris utriusque Doctor, Sanctissimi Domini nostri Papæ cancellanus, & ipsius sacri Palatij Apostolici causarū Auditor, causæq; & causis, ac partibus infra scriptis iudex, & commissarius deputatus. V N I V E R S I S, & singulis presentes vi suris lecturis pariter & audituris salutem in Domino, & eisdem presentibus fidē in dubiam adhibere. Noueritis quod alias lite, & causa eoram nobis in dicto sacro Palatij Apostolici causarum auditorio inter Reuerendos dominos Decanum canonicos & capitulum Ecclesiæ Burgen. actores ex una, & dominum Emanuelem de Sarmiento ex aduerso principalem, de, & super iudicione fructuum vnius anni cum dimidio nonnullorum præstimoniorum, & beneficiorum olim vacantium: de anno millesimo quingentesimo septuagesimo septimo per obitum quondam Francisci Sarmiento, & eidem domino Emanueli Sarmiento ex aduerso principali tunc per Ordinarium Burgen. prouisorum possessione subsequuta, quos prædictum capitulum sibi debitos esse prætendit ex indulto Apostolico de percipiendis fructibus anni cum dimidio omnium beneficiorum in diœcesi Burgen. vacantium, febusque aliis in actis eiusdem causæ latius deductis, & illorum occasione partibus ex altera in prima seu alia veriori pendente instantia, & in eadem per nos, & eoram nobis, ac inter partes prædictas, seu verius earum legitimos procuratores ad diuersos actus iudiciales ritè & legitimè processo. Tâdem pro facilitate eiusdem causæ discussione, ac iurium partium hinc inde prædictarum cognitione quoddam dubium in plena Rota disputandum partibus prædictis tradidimus. Quo dubio de ordine, & mādato nostro sub die veneris decimæ quartæ mensis Maij proxime præteriti, in Rota, ambabus hinc inde partibus ad plenum informantibus, per nos proposito, & disputato, fuit per Reuerendos Patres dominos coauditores nostros de superfacta, & per nos postmodū extensa decisio tenoris sequentis, videlicet.

VENE-

*Prima de* VENERIS decimaquarta mensis Maij anni millesimi quingentesimi nonagesimi tertij, dubitauit, an fructus beneficiorū, de quibus agitur, anni millesimi quingentesimi octuagesimi, & dimidij anni millesimi quingentesimi octuagesimi primi, debeantur capitulo in casu de quo agitur. & domini, stan-

te reseruatione, de qua per informantēs, & in decisione in hac causa facta decima quarta Maij millesimi quingentesimi nonagesimi coram Illustrissimo nunc cardinali Plato, pro maiori parte tenuerunt quod sic. ea ratione, quia cū capitulum Burgen. habeat indultum ab Innocentio VIII, confirmatum per Gregorium XIII. de anno millesimo quingentesimo octuagesimo tertio, per cipiendo fructus vnius anni cum dimidio omnium beneficiorum vacantium in diocesi Burgen. & tale ius etiam dicto capitulo competat ab immemorabili: ut testatur Sarnen. in reg. de iur. quæst. q. 15. n. 7. in fin. & Mohed. decis. 81.

*Fructus anni cū dimidio debetur capitulo, ab immemorabilicō suetudine, ab Apostolica sede confirmata.* merito, licet vacarint beneficia, de quibus agitur, de anno millesimo quingentesimo septuagesimo septimo respectu tituli, cum tamen tūc temporis essent reseruati fructus Reuerendissimo Astoriceñ. & talis reseruatio non cessauerit, nisi de anno millesimo quingentesimo octuagesimo per translationem dicti Reuerendissimi ad Episcopatum Gieneñ. ad text. in c. cum in cunctis. §. cū vero de electio. & in c. si quis iam translatus est. 21. q. 2. sequitur propterea, ut respectu effectus, de quo agitur, hoc est respectu vacationis fructuum, dicta beneficia de dicto tempore tamen intelligatur vacasse ad not. per Castr. cons. 116. nu. 3. lib. 2. vbi fabricæ sancti Vigilij in Tridento ex antiqua consuetudine debebantur fructus primi anni beneficiorum vacatium, & cum vacassent nonnulla beneficia, & Papa illa contulisset aliquibus personis, reseruatis tamen fructibus primi anni Cameræ suæ, deciditur ibi, quod solutis fructibus primi anni Cameræ per prouisos, per eosdem soluendierunt fructus secundi anni fabricæ sancti Vigilij, & sic quod reputabatur ille secundus annus pro primo respectu dictæ fabricæ, ea ratione, ne per secundam reseruationem iuri fabricæ competenti, quoad effectum censeatur derogatum, cōtra tex. in l. 2. in fin. & in l. nec filio. ff. de nat. rest. quod idem determinat. Io. Andr. in. c. si propter tua debita, nu. 13. vers. & sciendum. Geminia. nu. 9. fere ad fin. vers. sed impedimenta, & nu. 12. & Butr. nu. 26. de rescript. in 6. & ratio rationis est, quia cum capitulo debeantur fructus beneficiorum vacantium vigore dictæ consuetudinis, & indulti, merito intelligi debet de vacatione cum effectu, ad text. in l. pen. §. doceri. ff. ne quis eum qui in ius voc. est, vi eximat cum vulg. Et sic vbi etiam reseruatio fructuum dictorum beneficiorum medio tempore facta ad fauorem Astoriceñ. cessarit, cum illud certum sit, quod differtur, non aufertur. ad text. in l. cum furiosus. ff. de iudic. not. Bald. & Cyn. in l. quoties. C. de præcibus imp. offer. P O S T C V I V S nostræ decisionis extēsionē quoddā aliud dubium, etiam in dicta plena Rota disputandū dictis partibus similiter tradidimus. Quo dubio etiā de ordine & mandato nostro sub die Lunæ, quinta mensis Iulij proximè præteriti, in Rota, eisdem partibus ad plenum etiam informantibus, per nos proposito, fuit per dictos Reuerendos Patres dominos coauditores nostros pariter desuperfacta, & per nos postmodum extensa decisio huiusmodi tenoris, videlicet. LVNÆ QVINTA mēsis Iulij, millesimi quingentesimi nonagesimi tertij dubitauit, an circumscripta reseruatione teneatur D. Emmanuel soluere capitulo fructus præstimoniorū, de quibus agitur, pro anno millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, & medij anni millesimi quingentesimi septuagesimi octauo. Et domini tenuerit, quod sic, ea ratione, quia capitulo ex indulto Innocentij, confirmato per

*Secunda decisio.* Gre-

*Fructus anni cū dimidio debetur*

Gregorium XIII. bona memoriae, & ex consuetudine immemorabili, de qua  
testatur. Mohed. decis. 81. debentur fructus vnius anni cum dimidio omnium  
beneficiorum in diecessu Burgen. vacantiū, & prout latius fuit resolutū sub  
die decimaquarta Maij proximè ppterit coram me in hac eadem causa. Vn-  
de cum constet, de anno millesimo quingentesimo septuagesimo septimo per  
obitum Francisci Sarniento vacasse ptestimonia, de quorum fructibus agi-  
tur, & ea tunc fuisse collata. Emanueli, qui de mensibus Ianuarij, & Februarij  
acepit possessionem, vt in extract. fol. 54. & 57. videre est, sequitur propte-  
rea, vt eo ipso Emanuel effectus fuerit debitor dictorum fructuum, ad text. in  
c. ex literis de pign. & inc. si quis laicus. 16. q. i. c. cu aliis per Graue. q. ii. 2. nu. 1.  
& seq. statim enim atq; quis acceptat beneficium aliquo onere grauarum, cum  
eo, cui debetur tale emolumētum, videtur contraxisse. Caput aq. d. 13. num. 1.  
& seq. Part. i. in impræssis. Et quod capitulum possit agere pro dictis fructi-  
bus contra eum, cui beneficium fuit collatum, fuit alias resolutū in alia Bur-  
gen. fructuum coram bon. memo. Lauretano decima septima Decēbris mil-  
lesimo quingentesimo septuagesimo quarto. Nec obstant quæ dicuntur per  
informates pro Emanuele, quod scilicet, capitulum habeat facultatem percipiendi  
dictos fructus propria auctoritate, vnde cum non probetur fructus  
fuisse perceptos per Emanuelem, merito &c. quia dictum fuit non probari  
huiusmodi facultatem percipiendi fructus propria auctoritate, & contrarium  
apparere ex decisione supradictata, ultra quod dicta perceptio fructum præ-  
sumptive probatur ex possessione Emanuelis. Cott. decis. 54. Nec obstat  
quod si capitulum non fuisset satisfactum non distulisset dictos fructus petere  
hucusque, Afflict. decis. 13. nu. 21. quia dixerunt domini ex serie facti non  
constare de aliqua negligentia capituli, & quia, vt fuit dictum in causa Roma-  
na extinctionis census septima Maij millesimo quingentesimo octuagesimo  
quarto, sola tarditas creditoris in petendo creditū, nō sufficit ad presumere. so-  
lutionē: ex decis. 788. Par. i. in impræssis diuersorū. POST DIC TÆ no-  
stræ decisionis etiā extensionē, nec non conclusionem in causa huiusmodi, ac  
nostræ sententiæ diffinitiū promulgationem die videlicet, & anno infra scri-  
ptis comparuit in iuditio legitimè coram nobis discretus vir dominus Nico-  
laus Vffredutius, in Romana Curia causarum, & supradictorum Reuerendo-  
rum dominorum Decani canonicorum, & capituli Ecclesiæ Burgen. princi-  
palium procurator, prout de eius mandato procuræ in actis constat, qui di-  
cto nomine procuratorio nobis exposuit, se & dictos suos principales instru-  
mento publico huiusmodi duarum nostrarum resolutionum, & decisionū  
pro iuris dictæ partis suæ tuitione necessarie indigere, nos propterea humili-  
liter requirendo, quatenus sibi, & dictæ parti suæ instrumentum publicum ea-  
rundem præinsertarum decisionum manu nostri & huiusmodi causæ nota-  
rij subscriptum, & signatum, nostroq; sigillo munitum, & alias in forma soli-  
ta, & consueta decernere, & concedere dignaremur. Nos tunc Alexander  
Litta Auditor, & iudex prædictus attendens requisitionem huiusmodi fore  
iustum, & rationi consonam, ideo instrumentum præpetitum eisdem domi-  
nis Decano, canonicis, & capitulo Burgen. principalibus, dictoq; eorum pro-  
curatori eorum nomine instanti, & petenti in forma publica decreuimus, &  
concessimus, illudque per infra scriptum dictum nostrum huiusmodi causæ  
notariū subscribi & publicari, ac sigilli nostri appositione muniri mādauimus.  
QVÆ OMNIA & singula pmissa vobis omnibus, & singulis supra scri-  
ptis intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad cuiuslibet vestrū notitiā de-  
ducimus

capitulo;  
ab immem-  
orabilicō  
suetudine,  
ab A poslo  
lica sede cō-  
firmata.

Capitulum  
potest age-  
re ötra suc-  
cessorem in  
petēdis fru-  
ctibus.

ducimus, & deduci volumus presentium per tenore, ne de premissis, vel infra scriptis quilibet ignorantiam in futurum pretendere valeat. Datum Romae in ædibus nostris sub anno à Nativitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, indictione sexta, die vero Lunæ vigesima secunda mensis Nouembris, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & domini nostri domini Clementis, diuina prouidentia Papæ octaui, anno eius secundo. Presentibus ibidem discretis viris dominis Quirino Cauart, & Stephano Subtili, Notariis publicis, scribisq; nostris, testibus ad premissa vocatis atque rogatis. Etego Gerardus Raguetus clericus coiugatus Tulleñ dioecie sacri Palatij Apostolici causarum Notarius, quia premissis una cum praenominatis testibus interfui, ideo presens instrumentum, pro domino Ioanne Baptista Ragueto Rotæ & huiusmodi causa notario subscripsi, & publicauiro gatus & requisitus.

De son côté, le Chirurgien biologiste, à l'exception de quelques-uns, n'a pas été épargné. Ses interventions sont toutefois plus rares et moins agressives que celles du chirurgien orthopédiste. Les deux types d'interventions sont cependant complémentaires.

# **ALEXANDER, &c.**

liorum Decani, & Capituli, singulorumque Canonicorum, & personarum Ecclesie Burgensis nobis nuper exhibita petitio continebat. Quod cum alias inter Ludouicū Episcopum, & Decanum, Canonicos & Capitulum, & personas prædictas super iurisdictione corrigendi, & puniendi excessus, & delicta, quæ per personas Ecclesiasticas, dignitates, vel Canonicatus, & præbendas integras, vel dimidias portiones in dicta Ecclesia obtinentes pro tempore committuntur, & perpetratur, seu illius exercitio, Ludouico Episcopo ad ipsum, & Capitulo ad Capitulū prædictū ad se tantū, iurisdictionē huiusmodi pertinere, asserentibus: lis & causa in Romana Curia corā dilecto filio Magistro Petro de Acoltis, Capellano nostro, & causatū Palatij Apostolici Auditore in prima instantia indecisa pēdens, Ludouicus Episcopus, Decanus, & Capitulum, & Canonici, & personæ prædictæ in Capella sanctæ Catherinæ sita in claustrō nono dictæ Ecclesiæ, vocatis vocandis ad sonum campanæ, ut moris erat, caputulariter congregati, cupientes litigiorum anfractus, ac damna, & iniuriias, quæ exinde indies magis, ac magis fieri, & oriri formidabantur, evitare, ac laboribus, & expensis parcere, pacemque, & concordiam inter eos vigere: interuenientibus ad id dilectis filiis nobili viro Garsia de Cotes laico, Correctore Ciuitatis Burgensis, & Alfonso Suarez de Fuente el Salce, Decretorum Doctore, Inquisitore hereticae prauitatis indicta ciuitate, & dioecesi Burgensi, Apostolica, & ordinaria authoritatibus deputato, eorū communibus amicis, ad certam concordiam, & compositionem, nemine discrepante, salvo semper Apostolice Sedis beneplacito, inter se deuenierunt, videlicet.

Quod Ludouicus, & successores sui Episcopi Burgen, qui pro tempore forent, per se, & non per substitutum, aut substitutos, vna cum Decano, & Capitulo praefatis, seu iudicibus per eosdem Decanum, & Capitulum deputatis, de blasphemia in Deum, gloriosam Virginem Mariam, abnegando, vel diffidendo de eis. Homicidio, mutilatione alicuius membra, & alia iniuria cum baculo, aut gladio, siue ense, in  
mob A qua

qua sanguinis effusio interueniret, ac usura, furto manifesto, incestu. Et, si ipse Decanus, & Capitulum per eundem Episcopum, ut contra detinentes publicè concubinas procederent, moniti infra viginti dies id facere negligeret, publico concubinatu, raptu mulierum, & accusatione instituta, adulterio, ac labe simoniæ in ordinibus, seu beneficiorum Ecclesiasticorum assecutione, & crimen falsi in literis Apostolicis, vel quo quis publico instrumento commissi, seu commissæ, ac ludo cum taxillis, si numero ultra valorem triginta regalium argenti qualibet vice luderetur, & alapa clericō, vel laico in dicta Ecclesia, vel extra publicè illata, ac omnibus aliis grauibus, nec nō de quibusuis, quæ in præsentia dicti Ludouici, & pro tempore existentis Episcopi Burgensis per personas prædictas committi contingeret, delicta.

**Delicta, in quibus pro cedit Capitulum sine Prelato.** Decanus vero, & Capitulum prædicti per se, vel eorum iudices, de quibusuis iniuriis verbalibus, & etiam comminationibus sine armis, aut baculo, seu petra, vel quo quis alio instrumentigenere, reatibus cuiuscunque qualitatis iniuriæ inter clericos, seu presbyteros perpetuos beneficiatos eiusdem Ecclesiæ, ac inter eos, & alias quoscunque laicos fierent, etiam si dictæ reales iniuriæ per pulsuum, & alapam, vel capillorum diminutionem, tam inter eosdem beneficiatos, quam eos, & quoscunque laicos in dicta Ecclesia, seu extra eam fierent, & adulterio, de quo aliter, quam per accusationē procederetur, ac simplicis fornicationis, si nimis assidua, & inhonestā, puta in publico lupanari, & in die cum publicis mulieribus non existente. Usura non tamen publica, seu manifesta, & ludo prædicto, si infra dictum valorem luderetur, & ubi latus in frequenti usu non foret, ac vestium, capillorum, & coronarum in honesta deflatione, & quæcunque iniuria, quam beneficiati eiusdem Ecclesiæ familiari suo continuo commensali, etiam cum baculo, in qua sanguinis effusio interueniret, facerent, necno de quibusuis aliis iniuriis, excessibus, & delictis, quæ similiter, & personas prædictas pro tempore committerentur, cognoscere, & procedere, ac excessus, & delicta huiusmodi, seu aliquod prædictorum etiam pro tempore committentes, & perpetrantes, Episcopus cum eiusdem Capitulo, & iudicibus, & Capitulum prædicti respectu castigare, corrigere, & punire possent & deberent.

**Duo iudicces eligen-di, qui de rebus dubiis, graues vel leues sint, iudicent.** Et quia nonnulli casus, & excessus, quorum correctio, & cognitio ad Episcopum & Capitulum, seu Capitulum prædictos tantum pertinerent, dubitati posset, valeret, attenta re, quod protalibus dubiis declarandis, in principio cuilibet anni duo, quorum unus ab Episcopo, dummodo eius officialis, seu Vicarius in spiritualibus generalis non existeret, alter vero à Decano, & Capitulo prædictis eligerentur, qui sic electi tempore electionis eorum tenerentur iurare, quod fideliter, & sine fraude, ac omni amore, & timore postpositis, an causa grauis, velleus esset declaretur, & causam eis commissam indecisam non relinquerent, ac illam infra decem dies terminarent, deputate deberent, quodque, si deputati, & electi prædicti in declaratione huiusmodi discordarent, iidem deputati, seu electi sub onere iuramenti per eos, & eorum quemlibet præstandū tertium, quem secundum eorum conscientia crederent, quod iustum esset, declaraturum, eligere: & quod per duos ex illis tribus declarari contigerit, Episcopus, Decanus, & Capitulum præfati seruare, & implere tenerentur: & si casus huiusmodi infra dictum tempus declaratus non esset, inter graues remane-ret, & illius cognitio, & correctio ad Episcopum, & Capitulum, vel iudices prædictos pertinerent.

**Pœna pecuniaria, cui applicada.** Quodque, si pro aliquo excessu, seu delicto, cuius cognitio etiam ad Episcopum, Capitulum, seu iudices prædictos non expectaret, pœna pecuniaria alicui ex beneficiatis eiusdem Ecclesiæ imponi contigeret, talis pœna inter beneficiatos eiusdem Pro Missa de pace nuncupata, vt moris erat, distribueretur, & si excessus talis esset, pro quo delinqiens beneficiis Ecclesiasticis, quæ obtineret, priuandus veniret, quod solus Episcopus absque consensu Capituli prædicti, seu maioris partis eorum, eundem

dem delinquentem beneficiis predictis privare nequiret, nec de predictis etiam, quo-  
rum cognitio ad Episcopū, & Capitulum predictos pertineret, & aliis casibus Lu-  
douicus, & successores sui Episcopi Burgen. per viam appellationis cognoscere pos-  
sent, sed ad Sedem predictam appellandum foret.

Appellatio  
ad sedē A-  
postolicam  
tantum in-  
terponēda.

Quodque si eodem Episcopo in diœcesi sua existente, aliquod graue crimen, cu-  
ius cognitio ad Episcopum, & Capitulum predictos pertineret, committi conting-  
ret, Decanus, & Capitulum predicti eundem Episcopum de delicto huiusmodi cer-  
tiorem reddere, & eius responsum, seu redditum per viginti dies expectare deberent.  
Et si idem Episcopus infra tempus huiusmodi non rediret, quod Capitulum, vel iu-  
dices predicti de eodē delicto cognoscere: & quandocumque dictus Episcopus redi-  
ret, ipse cum Capitulo, vel iudicibus predictis causam huiusmodi in statu in quo il-  
lam inueniret, reassumere, & de ea etiam cognoscere, & si iisdem iudicibus videre-  
tur eundem delinquentem, etiam nō expectato redditu ipsius Episcopi, carceribus, ac  
in fusello dicti Claustrī noui mancipare possent.

Absēte p̄ra-  
lato, quali-  
ter proce-  
dendū.

Quodque si Decanus, & Capitulum predicti in corrigēdo, & castigando negligē-  
tes forent, & demum pro parte eiusdem Episcopi requisiti infra viginti dies p̄fā-  
tos id facere non curarent, idem Episcopus cū predicto Capitulo de casibus predictis,  
etiam si leues forent, cognoscere valeret.

Si Capitu-  
lum in cor-  
rigendo fue-  
rit negli-  
gens.

Quodque si Decanus, & Capitulum predicti pro aliquo excessu aliquem puni-  
rent, idem Episcopus p̄textu parvæ pœnæ pro tali delicto impositæ, se intromitte-  
re non posset, ac Episcopus Burgensis pro tempore existens, & quilibet ex beneficia-  
tis eiusdem Ecclesiæ in eorum ad Ecclesiam, & beneficia huiusmodi receptionem in-  
ter alia concordiam, & compositionem predictas inuiolabiliter obseruare iurare te-  
nerentur, ac nonnulla alia fecerunt, & ordinarunt, prout in instrumēto publico desu-  
per confessio, dicitur, pleniū contineri. QVARE PRO PARTE Ludouici  
Episcopi, Decani, Capituli, Canonorum, & personarum predictarum assidentiū  
se concordiam, & compositionem huiusmodi, videlicet Ludouicum Episcopū p̄fā-  
fatum per impositionem manus suo pectori more Prælatorum, ac Decanum, & sin-  
gulares personas Capituli huiusmodi ad Sancta Dei Euangelia tactis per eos, & eo-  
rum quemlibet scripturis, inuiolabiliter obseruare, & nullo vñquam tempore ali-  
qua ratione, vel causa contra eos venire, nec illius reuocationem, ac iuramenti huius-  
modi relaxationem petere iurasse, nobis fuit humiliter supplicatum, vt concordia,  
& compositioni predictis pro illarum subsistentia firmiori, robur Apostolicae con-  
firmationis adiicere, ac alias in p̄missis opportune prouidere de benignitate Apo-  
stolica dignaremur. N O S I G I T V R, qui pacem, & concordiam inter personas  
quaeslibet, p̄sertim Ecclesiasticas vigere, & augeri nostris potissimum temporibus,  
summopere exoptamus, Ludouicum Episcopum, Decanum, Capitulum, eorumque  
singulos, & personas predictas à quibusvis excommunicationis, aliisve suspensi-  
onis, & interdicti, atq; Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure, vel ab ho-  
mione quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad  
effectum p̄sentium duntaxat consequendum, harum serie absolutes, & absolutos  
fore cœsentes, ac statum causæ huiusmodi p̄sentibus pro expressis habentes, illam-  
quæ ad nos harum serie aduocantes, ac litem ipsam penitus extinguentes, huiusmodi  
supplicationibus inclinati concordiam, & compositionem predictas, ac prout illas  
concernunt, omnia, & singula in dicto instrumento contenta, auctoritate Apostoli-  
ca tenore p̄sentium approbamus, & confirmamus, ac p̄senti patrocinio commu-  
nimus, supplentes omnes, & singulos defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem.  
Non obstantibus p̄missis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac  
dictæ Ecclesiæ iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate robo-  
ratis statutis, consuetudinibus, ceterisque contrariis quibusunque. Nulli ergo ho-

Prælatus  
sub p̄tex-  
tu leuioris  
pœna nō se  
intromittat

Prælatus,  
& benefi-  
ciati noui  
ter recipie-  
di iurent cō-  
cordiam.

Confirmat  
io concor-  
die.

minum omnino licet, hanc paginam nostram absolutionis, annotationis, extinc-  
tio-  
nis, approbationis, confirmationis & suppletionis infringere, vel ei ausu temerario  
contraire. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarna-  
tionis Dominicæ millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, tettio Kalend.  
Octobris: Pontificatus nostri anno primo.

Simili modo venerabili fratri Episcopo Sebastieni. ac dilectis filiis sancto Petro  
de Cardena, & eiusdem sancti Petri de Arlança Burgeni. dioecesis Monasteriorum Ab-  
batibus salutem, &c. Hodie emanarunt literæ tenoris subsequentis. Alexander Epis-  
copus, &c, Sanè pro parte venerabilis fratris nostri Ludouici Episcopi Burgeni. ac  
dilectorum filiorum Decani & Capituli, singulorumq; Canonorum, & persona-  
rum Ecclesiæ Burgeni. nobis nuper exhibita petitio continebat, &c. Quo circa dis-  
cretioni vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus ve-  
strum per vos, vel alium, seu alios Ludouico, & pro tempore existenti Episcopo  
Burgeni. Decano, Capitulo, Canonicis, & personis praefatis in præmissis efficacis  
defensionis praesidio alientes faciatis, auctoritate nostra concordiam, & composi-  
tionem praedictas perpetuis futuris temporibus firmiter obseruari, non permitentes eos  
tam inter se, quam per quoscunque alios quomodolibet impediri, contradictores  
auctoritate nostra, &c. Non obstantibus omnibus supradictis, aut si Ludouico Epis-  
copo, Decano, Capitulo, Canonicis, & personis praefatis, vel quibusvis aliis commu-  
niter, vel diuissim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel ex-  
communicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam,  
ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum ut supra. Sump-  
tum ex registro Bullarum collationatum per me Sigismundum Margnomum eiusdem re-  
gistro magistrum. Extracta fuit supradicta copia à registro facto in causa Burgen-  
sis iurisdictionis, & collationata per me Ioannem Paniculi Sacripalatij Apostoli-  
ca causarum, & causæ huiusmodi Notarium, cum quo concordat, & in fidem præ-  
missorum praesentes subscripti, & publicavi requisitus. Camillus Burgesius, Pro-  
thonotarius Apostolicus, & curiae causarum Cameræ Apostolicæ generalis Audi-  
tor, &c. Vniuersis fidem facimus, & attestamur, retro scriptum dominum Ioannem  
esse Notarium publicum legalem, & autenticum, eiusque publicis scripturis sem-  
per adhibitam fuisse, & de præsenti adhiberi fidem indubiam in iuditio, & extra in-  
fidem, &c. Datum Romæ in ædibus nostris die decimaquarta mensis Ianuarij, anno  
millesimo quingentesimo nonagesimo quarto. Ioannes Franciscus Vgolinus, cau-  
sarum Cameræ Apostolicæ Notarius.

Littere e-  
xecutoria-  
les dictam  
cōcordi in  
obseruari  
mandantes.

S E R E N I S S I M O, Potentissimo, ac Catholico Principi, & domino domino  
Philippo ab Austria, diuina fauente clementia, Hispaniarum, Portugalie, Aragoni,   
Castellæ, Legionis, Neapolis, vtriusq; Siciliæ citra, & ultra, Pharum, &c. Regi, Me-  
diolani, Luxemburgi, Tiroli, &c. Duci Burgundie, Flandriæ, Brabantie, &c. Co-  
miti: aliorumq; regnum, & dominiorum vestrorum fœlicis prosperitatis augmen-  
tum. Nec non Reuerendissimis, ac Reuerendis in Christo patribus, & dominis do-  
minis Toletan. Archiepiscopo, ac Palentian. & Salmantian. Episcopis, eorumque, &  
cuiuslibet ipsorum in spiritualibus & temporalibus Vicariis, seu officialibus gene-  
ralibus, Vniuersis quoque, & singulis dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, De-  
canis, Archidiaconis, Scholasticis, Archipresbyteris, Primiceriis, Cantoribus, Cu-  
stodibus, Thesaurariis, Succentoribus, Sacristis, tam Cathedralium quam Collegia-  
tarum Canonicis, parochialiumq; Ecclesiarum Rectoribus, seu loca tenentibus, co-  
rundem plebanis, viceplebanis, capellanis, curatis, & non curatis, ac monasteriorum,  
ordinum quorumcunq; domorum, & conuentuum fratribus regularibus, & conuen-  
tualibus, exceptis, & non exemptis, ceterisq; presbyteris, clericis, notariis, & tabellio-  
nibus publicis, ac fructuum, reddituum, & prouertuum Cameræ Apostolicæ debito-  
rum

rum collectoribus, & subcollectoribus pro tempore existentibus quibuscumque, per dictorum Archiepiscopi, & Episcoporum prouincias, ciuitates, & dioecesis, ac alias vbiliter constitutis, & eorum cuilibet insolidum, Nec non illustribus Principibus, & magnificis viris dominis Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Varonibus, nobilibus, exercitu, & armorum conductoribus, Capitaneis, Potestatibus, Prioribus, Marescallis, Castellanis, Consulibus, Scabinis, Iudicibus, Iusticiariis, Aduocatis, ac Curiarum quarumcumque, tam spiritualium quam temporalium, terrarumque, ciuitatum, oppidorum, castrorum, suburbiorum, villarum, ac vniuersitatum, quorumcumque maioribus, rectoribus, & praefectis, nec non seruientibus, clientibus scribis, praeconibus, & officiis, ceterisque dominis, & personis quibuscumq; iurisdictionem spiritualem, temporalem, & ordinariam per se, vel alium, seu alios media te, vel immediate vbi cumque pro tempore exercentibus, vbi cumque constitutis, & cui libet eorum insolidum, & praesertim Reuerendissimo in Christo patri, & domino domino Christophoro Vela ex aduerso principaliter nominato, omnibusq; aliis, & singulis, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futuru in, quibuscumque nominibus censeantur, & quacumque præfulgeant dignitate.

SERAPHINVS OLIVARIUS RAZZAL IVS iuris vtriusq; Doctor, sanctissimi domini nostri Papæ Capellanus, & ipsius sacri Palatij Apostolici causarum Auditor, & executor vnicus ad infra scripta à Sede Apostolica specialiter deputatus salutem in Domino, & nostris huiusmodi, imò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noueritis, quod dudum fœlicis recordationis Pius Papa IIII. quandam commissionis, siue supplicationis papiri cedulam illustrissimo, & Reuerendissimo domino Gabrieli Cardinali Paleotto, dum in minoribus esset, coauditor nostro per vnum ex suis cursoribus præsentari fecit tenoris sequentis.

BEATISSIME PATER, quamuis decreto Concilij Tridentini cautum fuerit, ne Episcopitāquam Sedis Apostolicæ delegati possint capitula exempta visitare, corrigere, & punire, Nihilominus in eodem decreto proinde statutum fuit, ut concordia, & sententia latè inter capitula, & Episcopos, suos ligarent authores: quam obrem licet modernus Episcopus Burgensis in lite, quæ inter ipsum, & deuotos sanctitatis vestræ oratores Decanum, & Capitulum dictæ Ecclesiæ Burgensis de, & super iurisdictione, & aliis iuribus, quæ prætendit, ultra statuta in Concilio Tridentino, coram Reuerendo Patre domino Ioanne Baptista de Rubeis Rotæ Decano, coram quo concordiam cum capitulo, & suo prædecessore factam produxit, & secundum illam pronunciari obtinuit, nō debuisset, nec deberet aliquid innouare, & contra sententiam, ipso instantे, per eundem Rotæ Decanum inter partes præfatas latam aliquid moliri, Nihilominus idem Episcopus, seu eius Vicarius oratores præfatos, & eorū singulos multis modis molestare se velle iactat, & molestia de præsenti, & quod peius est, de facto contra dictæ concordia, & sententia formam, ac præter, & contra intentionem dicti Concilij nonnullos canonicos, & beneficiatos dictæ Ecclesiæ dicto Capitulo immediate subiectos carcerari fecit, & carceratos detinet indebet, & iniuste. Quare supplicant oratores præfati, vt eorum indemnitati prouidendo dignetur, causam, & causas iactationis, & iactationum præfatarum, nullitatique, & nullitatum, ac attentatorum, in vestri sacri Palatij causarum auditorio audiendas, videndas, cognoscendas, & fine debito terminandas committere, & mandare cum omnibus illarum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis & connexis, ac toto negotio principali, cum potestate canonicos, & alios supradictos carceratos, etiam sanctitatis vestræ oratores, quorum nomina & cognomina, pro expressis haberi placeat, à carceribus, quibus detinentur, prout iuris fuerit, liberandi, & cum facultate, prævia tamen matura causæ cognitione, & decretis Concilij Tridentini in

hac materia editis diligenter consideratis, & discussis in Rota, inhibendi sub censuris, & poenitio arbitrio suo imponendis, aliaque omnia dicendi, gerendi, & exercendi, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis stilo palatij, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumq; statum, &c. pro expressis habentes. De mandato dominino nostri Papæ, audiat Magister Gabriel, citet, inhibeat etiā sub censuris, liberet, procedat, ut petitur, & iustitiā faciat. Placet. H V I V S M O D I siquidem commissionis praetextu per eundem illustrissimum, & Reuerendissimum dominum Cardinalē Paleottum, ac successive per Reuerendum patrem dominum Ioannem Baptistam de Rubeis Rotæ Decanum in illius locum subrogatum ad quam plurimos, & diuersos actus, & terminos processum fuit. Tandem vero idē Reuerendus pater dominus Ioānes Baptista de Rubeis Auditor subrogatus, seruatis in huius modi causa seruandis, & cognitis pereum illius meritis, suam in scriptis tulit, & promulgauit sententiam in hunc, qui sequitur, modum, videlicet.

CHRISTI NOMINE IN VOCATO, pro tribunali sedentes, & soli  
Deum pte oculis habentes per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de do-  
minorum coauditorum nostrorum consilio pariter & assensu, ferimus in his scriptis  
in causa, & causis vertentibus coram nobis inter Reuerendos dominos Decanum,  
Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Burgensis ex vna, & Reuerendissimum dominum  
Christophorū Vela modernū Archiepiscopum Burgensem, & super obseruatio-  
ne cuiusdam concordiae inter Ludouicum tunc Episcopū Burgensem, ac Decanū, Ca-  
nonicos, & Capitulum eiusdem Ecclesiæ Burgensis decima Aprilis millesimo quadrin-  
genteſi nonagesimo secundo, de, & super modo, & forma exercendi iurisdictionē  
criminalem initæ, & successiue auctoritate Apostolica confirmatæ, rebusq; aliis, &c.  
& illorum occasione in prima, seu alia vertente instatia, partibus ex altera, dicimus,  
pronunciamus, decernimus, & declaramus, præfatam concordiam, ac literas Aposto-  
licas super illius confirmatione per fœlicis recordationis Alexandrum Papam sex-  
tum concessas, & expeditas, ac illius vigore inde seuta quæcumque confi manda, &  
approbanda fore, & esse, prout approbamus, & confirmamus, suosque plenarios, &  
debitos sortiri debuisse, & debere effectus, exercitiumque iurisdictionis præfatis De-  
cano, Canonicis, & Capitulo iuxta ipsius concordiae formam, & tenorem compe-  
tiisse, accomperere, molestationes quoque, vexationes, perturbationes, spolia-  
tiones, iactationes, & impedimenta quæcumque per præfatum Reuerendissimum Chri-  
stophorum Archiepiscopum, & alios eius prædecessores Archiepiscopos respectiue,  
de, & super præmissis quomodolibet factas, & præstitas, factaque, & præstita, suisse,  
& esse temerarias, illicitas, iniquas, & iniustas, temerariaque, illicita, iniqua, inde-  
bita, & iniusta, ac de facto præsumpras, & præsumpta, illasque, & illa præfato Reue-  
rendissimo domino Christophoro Archiepiscopo, nec aliis pro tempore existenti-  
bus Archiepiscopis Burgeni. & eius successoribus, minime fecisse, nec facere, licuisse,  
nec licere de iure, & propterea eidem Reuerendissimo domino Christophoro  
Archiepiscopo de, & super omnibus, & singulis præmissis perpetuum silentium im-  
poneadum fore, & esse, prout imponimus, ipsumque Reuerendissimum Archiepiscopum  
in expensis pro parte eorundem Decani, Canonicorum, & Capituli coram  
nobis legitimè factis condemnandum fore, & esse, prout condemnamus, quarum ex-  
pensarum taxationem nobis in posterum reseruamus omni meliori modo. Ita pro-  
nuntiani ego Ioannes Baptista de Rubeis Rotæ Decanus.

A QVA QVIDEM diffinitua sententia pro parte dicti Reuerendissimi domini  
Archiepiscopi Burgeni. ex aduerso principalis ad fœlicis recordationis Grego-  
rium Papam decimum tertium, eiusque sanctam Sedem Apostolicam appellato,  
postmodum Gregorius Papa decimus tertius causam appellationis huiusmodi com-

mittens quandam aliam commissionis, siue supplicationis cedulam Illustrissimo, & Reuerendissimo domino Scipioni Cardinali Lancelloto, dū in minoribus esset, Rotæ Auditori per vnum ex dictis cursoribus præsentari fecit huiusmodi sub tenore.

**BEATISSIME PATER,** dignetur Sanctitas vestra, causam, & causas appellationis, & appellationum à quadam prætensa diffinitiuā sententia per Reuerendum Patrem dominum Ioannem Baptistam de Rubeis Rotæ Decanum in causa, & causis vertentibus coram eo inter deuotos Sanctitatis vestræ oratores Decanum, Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Burgenſi. ex vna, & deuotam creaturam vestram Archiepiscopum eiusdem Ecclesiæ, & super iurisdictione eisdem oratoribus in vim cuiusdam concordiæ inter dictas partes olim initæ, & auctoritate Apostolica confirmatæ, rebusque aliis, &c. & illorum occasione partibus ex altera contra dictos oratores, ut dicitur, lata, & promulgata, ad sanctitatem vestram, eiusque sanctam Sedem Apostolicam interpositæ, & interpositarum, nullitatisque, & nullitatum, ex tribus iniquitatis, & iniustitiæ, ac post, & contra eā, & eas attentatorum, & innouatorum quorumcumque vna cum toto negotio principali alicui alteri Rotæ Auditori sumariæ, &c. & prout in beneficialibus tam coniunctim, quam diuisum cum omnibus, & singulis suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis audiendas cognoscendas, decidendas, fineque debito terminandas, committere, & manda-re cum potestate in curia, & extra citandos citandi, & in forma inhibendi, aliisque facultatibus necessariis, & opportunis, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis stilo Palati, & Curiæ, ceterisque contrariis quibuscumque non obstatibus, statum, &c. pro plenè & sufficienter expressis habentes. De mandato domini nostri Pa-pæ, audiat Magister Scipio, Citet, vt petitur, & iustitiam faciat. Placet domino nostro Papæ, Baptista Amerinus.

**C V I V S** commissionis vigore idem illustrissimus, & Reuerendissimus Cardinalis Lancellotus, ac postmodum Reuerendus Pater dominus Hieronymus Pamphilus Rotæ Auditor in eius locum suffectus, ad quam plurimos, & diuersos actus, & terminos in causa, & causis eisdem processerunt. Demum vero idem Reuerendus Pater dominus Hieronymus Pamphilus coauditore noster, seruatis seruandis, & cognitis earundem causarum meritis, præ-insertam diffinitiuam sententiam per suam, quam desuper tulit, & promulgauit, sententiam diffinitiuam, sententiam confirmauit, sub hac verborum forma.

**CHRISTI NOMINE INVOCATO**, pro tribunali sedentes per hanc nostram diffinitiuam sententiam, quam de dominorum coadiutorum nostrorum consilio pariter, & assensu ferimus in his scriptis, in causa, & causis, quæ primo, & in prima instantia coram Reuerendo Patre domino Ioanne Baptista de Rubeis Rotæ Decanum, & coauditore nostro, & deinde coram nobis inter Reuerendos dominos Decanum, Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Burgenſi ex vna, & Reuerendissimum dominum Christophorum Vela modernum Archiepiscopum Burgensem de, & super obseruatione cuiusdam concordiæ olim inter Ludouicum tunc Episcopum Burgensem, ac Decanum, Canonicos, & Capitulum eiusdem Ecclesiæ decima Aprilis millesimo quadragesimo nonagesimo secundo, de, & super modo, & forma exercēdi iurisdictionem criminalem initæ, & successiæ auctoritate Apostolica roboratæ, rebusque aliis, & illorum occasione in secunda, seu alia vertente instantia, partibus ex altera, dicimus, pronuntiamus, decernimus, & declaramus, per prefatum Reuerendum Patrem dominum Ioannem Baptistam Decanum bene fuisse, & esse in fauorem prædictorum Reuerendorum dominorum Decani, Canonorum, & Capituli, & contra prefatum Reuerendissimum Archiepiscopum prefatum bene pronuntiatum, sententiatum, & diffinitum: & pro parte prefati Reuerendissimi Archiepiscopi male fuisse, & esse ab eius processu, & sententia prouocatum, & appellatum, & propterea processum, & sententiam hujusmodi confirmandum, & confirmandam fore, &

esse, prout confirmamus, ipsumque Reuerendissimum Archiepiscopum in expensis coram nobis pro parte præfatorum Decani, & Capituli legitimè factis condemnandum fore, & esse, prout condemnamus, quatum expensarum taxationem nobis in posterum referuamus omni meliori modo. Ita pronuntiaui ego Hieronymus Pamphilus Rotæ Auditor. AB ISTA diffinitiua sententia pro parte dicti Reuerendissimi domini Archiepiscopi Burgensis ex aduerso principalis ad præfatum Papam, ac Sedem Apostolicam præfatam similiter appellato, idem scilicet recordationis Gregorius Papa decimustertius quandam commiissionis, siue supplicationis papiti cedulam nobis per vnum ex suis cursoribus præsentari fecit, quam nos cum ea qua decuit reuerentia recepimus, tenoris infrascripti videlicet.

B E A T I S S I M Æ P A T E R, dignetur Sanctitas vestra causam, & causas appellationis, & appellationum interpositarum pro parte, & ad instantiam deuotæ creaturæ vestræ don Christophori Vela moderni Archiepiscopi Burgensis à quadam prætensa diffinitiua sententia per Reuerendum Patrem dominum Hieronymum Pamphilium Rotæ Auditorem ad assertum fauorem Decani, Canonicorum, & Capituli eiusdem Ecclesiæ Burgensis, & contra dictam creaturam vestram, dignitatemque Archiepiscopalem de, & super iurisdictione puniendi, & castigandi delicta, & excessus præfatos Canonicos, & alias personas capitulares pro tempore comittentes, ac aliarum causarum criminalium, seu asserta obseruatione cuiusdam prætensa concordia, ut dicitur, Alexandrinæ, rebusque aliis, &c. In secunda, seu alia coram eo pendente instantia, nullitatisque, & nullitatum ex tribus dictæ prætensiæ sententiæ, illiusque iniustitiae etiam notoriæ, attentatorumque, & innouatorum quorumcumque una cum suis, & illarum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & conexis, totoque negotio principali coniunctim, vel diuisim alicui alteri eiusdem sacrae vestræ Rotæ Auditore committere, & mandare audiendas, cognoscendas, decindendas, fineque debito, prout iuris fuerit, etiam sub sententiis, censuris, & poenis in Curia, & extra, ac per edictum publicum, constito sumariè de non tuto accessu, contradictoresque, &c. declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, & interdicendi, seruata forma Concilij Tridentini, inuocato etiam, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, cæteraque alia dicendi, gerendi, & exercendi, præmissis, nec non constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis stilo palatij, & Curiæ, prætensoque iuris termino ad redendum pro apostolis forsam dato, ita quod amplius pro illis reddire non teneatur, attento quod à diffinitiua, cæterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, statum & merita causæ, & causarum huiusmodi, aliorumque hic necessario exprimendorum pro sufficienter expressis habentes. De mandato domini nostri Papæ, audiat Magister Seraphinus, citet inhibeat, etiam sub censuris procedat, etiam per edictum constito sumariè, &c. de non tuto accessu, ut petitur, & iustitiam faciat. Placet domino nostro Papæ A. Cardinalis Riarius.

C V I V S Q V I D E M. com missionis prætextu nos in causa, & causis prædictis similiter rite, & legitimè procedentes, seruatis seruandis, nostram præinsertarum sententiarum confirmatoriam in scriptis tulimus, & promulgauimus sententiam diffinitiua sub verbis subsequentibus. C H R I S T I N O M I N E I N V O C A T O. Pro tribunalii sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram diffinitiua sententiam, quam de domi norum coauditorum nostrorum consilio, pariter & assensu ferimus in his scriptis in causa, & causis, quæ primo, & in prima coram Reuerendo patre domino Ioanne Baptista de Rubeis Rotæ Decano, & coauditore nostro, & deinde secundo, & in se cunda coram Reuerendo patre domino Hieronymo Pamphilio etiam coauditore nostro, & ultimo coram nobis inter reuerendos dominos Decanum, Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Burgensis ex una, & Reuerendissimum in Christo patrem & dominum D. Christophorum Vela modernum Archiepiscopum Burgensem, de, &

super

super obseruatione cuiusdam concordie olim inter Ludovicum tunc Episcopum  
 Burgensem, ac Decanum, Canonicos, & Capitulum eiusdem Ecclesiae decima Apri-  
 lis millesimo quadragesimo nonagesimo secundo super modo & forma exercendi  
 iurisdictionem criminalem initæ, & successiue auctoritate Apostolica confirmatæ, re-  
 busque aliis in actis causæ, & causarum huiusmodi latius deductis, & illorū occasio-  
 ne in tertia versæ fuerunt, & vertūtetur instatiis partibus ex altera. D I C I M V S pro-  
 nuntiamus, sentētiamus, decernimus, & declaramus, per præfatū Reuerendum patrē  
 dominum Hieronymum Pamphilum coauditorem nostrum bene fuisse, & esse in  
 fauorem præfatorum reuerendorum dominorum Decani, Canonicorum, & Capi-  
 tulii, & contra præfatum Reuerendissimum Archiepiscopum pronuntiatum, senten-  
 tiatum, & diffinitum, & pro præfati Reuerendissimi Archiepiscopi parte male fuis-  
 se, & esse ab eius processu, & sententia prouocatum, & appellatum, & propterea pro-  
 cessum, & sententiā huiusmodi confirmandū, & confirmandam fore, & esse, prout  
 confirmamus, & approbamus, ipsumque Reuerendissimum Archiepiscopum in ex-  
 pensis coram nobis pro parte prædictorum Decani, & Capituli legitime factis con-  
 demnandum fore, & esse, prout condemnamus, quarum expensarum taxationem no-  
 bis in posterum reseruamus omni meliori modo, &c. Ita pronuntiaui ego Seraphi-  
 nus Oliuarius Razzalius Rotæ Auditor. QVÆ QVIDEM diffinitiu senten-  
 tia, quia tertia, & conformis erat, & à qua appellare non licuit, post quam in rem  
 transiisset iudicataim, Nos ad prouidiviridomini Alberti de Albertis in Romana  
 Curia causarum, & reuerendorum dominorum Decani, Canonicorum, & Capitu-  
 li Cathedralis Ecclesiae Burgensis principalium in præinsertis commissionibus, &  
 sententiis principaliter nominatorum procuratoris instantiam Reuerendum domi-  
 num Nicolaum de Paredes in eadem Romana Curia causarum, & Reuerendissimi  
 D. Christophori Vela Archiepiscopi Burgensis ex aduerso principalis procurato-  
 rem, de quorum hinc inde procuratorum procurationum mandatis, legitimis con-  
 stat documentis, ad videndum, & audiendum, omnes & singulas expensas pro parte  
 dictorum reuerendorum dominorum Decani, Canonicorum, & Capituli Ecclesiae  
 Burgen. principalium in deductione, & prosequitione litis, & causæ huiusmodi  
 quomodolibet factas, & in quibus præfatus Reuerendissimus dominus Archiepis-  
 copus Burgensis ex aduerso principalis per præinsertas sententias sententialiter con-  
 demnatus existit, taxari, & moderari, sententiamque præinsertam, & expensarum ta-  
 xationem huiusmodi exequi, & debitæ executioni demandari, ac literas, siue pro-  
 cessus executoriales desuper oportunas in forma solita, & consueta decerni, & co-  
 cedi, veldicēdum, & causam si quam haberet rationabilē, quare præmissa fieri  
 non debebant, allegandum, per unum ex domini nostri Papæ Cursoribus citari mā-  
 dauimus, & fecimus ad aliquem certum peremptorium terminum competentem,  
 videlicet, ad diem, & horam infra scriptos, quibus adueniētibus, comparuit in iudi-  
 cio legitime coram nobis præfatus dominus Albertus de Albertis procurator, qui  
 eo nomine, dicti domini Nicolai de Paredes ex aduerso procuratoris non compa-  
 rentis contumaciam accusauit, ipsumque contumacem reputari, & in eius contu-  
 matiam omnes, & singulas expensas pro parte dictorum reuerendorum dominorum  
 Decani, Canonicorum, & Capituli Ecclesiae Burgensis principalium in hac causa,  
 ut præmititur, factas, & in quibus dictus reuerendissimus Archiepiscopus Burgens-  
 sis ex aduerso principalis per præinsertas sententias sententialiter condemnatus exi-  
 sit, taxari & moderari, nec non sententias prædictas, & taxationem expensarum hu-  
 iusmodi exequi, & debitæ executioni demandari, literasque, siue processus executo-  
 riales desuper oportunas in forma solita, & consueta decerni, & concedi per nos,  
 debita cum instantia postulauit. N O S tunc Seraphinus Oliuarius Razzalius Audit-  
 or, & executor præfatus dictum dominum Nicolaum de Paredes ex aduerso pro-

curatorem non comparentem reputauimus non immitito, prout erat, iustitia sua-  
dente, contumacem, & in eius contumaciam attendentes postulationem huiusmodi  
fore iustum, & rationi consonam, quodque parum prodesset sententias ferre, & ex-  
pensas taxare, nisi debitæ executioni demandentur, idcirco auctoritate Apostolica  
nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, primitus omnibus, & singulis expensis  
supradictis, ut præmittitur, pro parte dictorum reuerendorū dominorum Decani, ca-  
nonicorum, & capituli Ecclesiae Burgensis principalium factis, & in quibus dictus re-  
uerendissimus dominus Archiepiscopus Burgensis ex aduerso principalis sententia-  
liter condenatus existit, ad ceterum quadraginta ducatos auri de camera boni, & iusti  
ponderis prouida moderatione prævia per nos rite taxatis, & moderatis, sententias  
præinsertas, & expensarum taxationem prædictas exequendas, & executioni debite  
demandandas, literasque, siue processus executoriales desuper oportunas in forma  
solita, & consueta decernendas, & concedendas duximus, & decreuimus, prout di-  
cernimus, & concedimus per presentes submodificatione infra scripta. QVÆ  
OMNIA, & singula præmissa, & hunc nostrum processum, ac in eis contenta vobis  
omnibus, & singulis supradictis, quibus præsens noster processus, dirigitur, intimam-  
us, insinuamus, & notificamus, ac ad vestrā, & cuiuslibet vestrum notitiam deduci-  
mus, & deduci volumus per presentes, vosque nihilominus, & vestrum quilibet au-  
toritate prædicta tenore presentium requirimus, & monemus primo, secundo, ter-  
tio, ac vobis, & vestrum cuilibet in virtute sancte obedientie, & sub infrascriptis sen-  
tentiarum poenis districte præcipiendo mandamus, quatenus infra sex dierū spatium  
post presentationem, seu notificationem presentium, & requisitionem vobis, seu alte-  
ri vestrum pro parte dictorum reuerendorum dominorum Decani, canonicoꝝ, &  
capituli Ecclesiae Burgensis principalium desuper factas, immediate sequentes, quo-  
rum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies vobis vni-  
uersis supradictis protertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica assigna-  
mus, eosdem Reuerendos dominos Decanum, canonicos, & capitulum Ecclesie Bur-  
gensis principales in, & ad corporalem realem, & actualem possessionem exercendi  
iurisdictionem criminalem iuxta, & secundum cuiusdam concordia olim inter Lu-  
douicum tunc Episcopum Burgensem, ac Decanum, canonicos & capitulum eius-  
dem Ecclesie Burgensis sub die decima mensis Aprilis 1492. initæ, & per Alexan-  
drum Papam sextum confirmata, formam continentiam, & tenorem ponatis, &  
inducatis, acponi, & induci faciatis, inductosque defendatis, ac eosdem canonicos, &  
capitulum ab impetionibus, oppressionibus, molestationibus, vexationibus, per-  
turbationibus, & impedimentis ipsis per præfatum Reuerendissimum dominum Ar-  
chiepiscopum Burgensem ex aduerso principalem de, & superdicta iurisdictione,  
& illius exercitio quomodolibet factis, præstitis, & illatis defendatis, & tueamini,  
& ab aliis tueri & defendi faciatis, & procuretis, nec eos à dicto Reuerendissimo do-  
mino Archiepiscopo ex aduerso principali de, & super exercitio dictæ iurisdictionis,  
seu eius occasione quomodolibet molestari, impeti, inquietari, perturbari, & im-  
pediri permittatis. VOSQUE Reuerendissime Archiepiscope ex aduerso prin-  
cipalis ab impetionibus, molestationibus, vexationibus, perturbationibus, & im-  
pedimentis præmissorum occasione factis, & illatis, penitus & omnino desistatis, nec  
eosdem reuerendos dominos Canonicos, & Capitulū Ecclesie Burgensis principales  
de, & super iurisdictione prædicta, & illius exercitio de cetero molestetis, perturbe-  
tis, vexetis, aut impediatis, seu molestare, vexare, perturbare, seu quomodolibet im-  
pedire præsumatis. MONEMVS in super modo, & forma præmissis, ac sub eis-  
dem infrascriptis sententiarum poenis vos Reuerendissimum dominum Christopho-  
rum Vela Archiepiscopum Burgensem ex aduerso principalem, quatenus infra tri-  
ginta dierum spatium post presentationem, & requisitionem vobis vigore presentiū

pro parte dictorum reuerendorum dominorum Canonicorum, & Capituli Ecclesiae  
 Burgensis principalium de super factas immediate sequentium, quorum triginta die-  
 rum decem pro primo, decem pro secundo, & reliquos decem dies vobis pro tertio,  
 & per emptorio termino, ac monitione canonica assignamus, eisdem dominis Cano-  
 nicis, & Capituli Burgensi principalibus, vel eorum procuratori ad hoc ab eis suffi-  
 ciens mandatum habenti de supradictis centum quadraginta ducatis ratione expen-  
 sarum in huiusmodi causa factarum, & per nos, ut præfertur, taxatarum condignam  
 solutionem, & satisfactionem impendatis realiter, & cum effectu, aut medio tempore  
 conueniatis & concordetis super præmissis amicabiliter cù eisdē. IN H I B E M V S  
 præterea modo, & forma præmissis vobis omnibus, & singulis supradictis, & genera-  
 liter quibuscumque aliis cuiuscumque status, gradus, ordinis, vel cōditionis existant,  
 ne præfatis Reuerendis dominis Canonicis, & Capitulo Burgensi principalibus, vel  
 eorum procuratori, quominus de dictis centum quadraginta ducatis condigna satis-  
 factio, & solutio impendatur, omniaque alia supra, & infra scripta suum debitum cō-  
 sequatur effectum, impedimentum aliquod præstetis, seu præstent, ac impedientibus  
 ipsos dominos Decanum, Canonicos, & Capitulum Burgensem principales, vel eo-  
 rum procuratorem super præmissis, in aliquo detis vel dent auxilium, consilium vel  
 fauorē publicè, vel occultè, directe vel indirecte, quovis quæsito colore, vel ingenio.  
**A L I O Q V I N**, si forte præmissa omnia, & singula non adimpleueritis, mandatis-  
 que, monitionibus, & inhibitionibus nostris huiusmodi, imò verius Apostolicis non  
 parueritis, seu paruerint cum effectu, Nos in vos omnes, & singulos supradictos, qui  
 culpabiles fueritis, seu fuerint in præmissis, ac incōtradictores quoslibet, & rebelles,  
 ac impedientes ipsos dominos Canonicos, & Capitulum Burgensem super præmis-  
 sis in aliquo, ipsosque impedientibus dantes auxilium, consilium, vel fauorem publi-  
 cè vel occultè per se vel alium, seu alios, ex nunc prout ex tunc, ex tunc prout ex nūc,  
 singulariter in singulos, dictis canonicis monitionibus præmissis, excommunicatio-  
 nis, in quarumcumque vero Ecclesiarum, & Monasteriorum Capitula, Collegia, &  
 Conuentus quæcumque in his delinquentia suspensionis à diuinis, & in ipsorum de-  
 linquentium, & rebellium Ecclesias, Monasteriis, & Capellas interdicti ecclesiastici  
 sententias ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus. **V O B I S V E R O** reue-  
 rendissimis, ac reuerendis patribus dominis Archiepiscopis, & Episcopis præfatis  
 dumtaxat exceptis, quibus ob reuerentiam vestrarum Pontificalium dignitatum  
 deferimus in hac parte, si contra præmissa, vel aliquod præmissorum per vos, vel sub-  
 missas personas feceritis, prædicta sex dierum canonica monitione præmissa, ingress-  
 sum Ecclesiarum interdicimus in his scriptis. Si vero huiusmodi interdictū per alios  
 sex dies dictos, sex immediate sequentes sustinueritis, vos in his scriptis, eadē cano-  
 nica monitione præmissa, suspendimus à diuinis. **V E R V M** si præfatas interdicti,  
 & suspensionis sententias per alios sex dies præfatos duodecim dies immediatè se-  
 quentes, animis (quod absit) sustinueritis induratis, vos, & quemlibet vestrum, in his  
 scriptis, canonica monitione præmissa, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex  
 nunc excommunicationis sententia innodamus. **C A E T E R V M** cum ad executio-  
 nem præsentium vltierius faciendam nequeamus quoad præsens aliis arduis in Roma-  
 na Curia præpediti negotiis personaliter interesse, vniuersis, & singulis dominis Ab-  
 batibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus,  
 Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, tam Cathedralium, quam Collegiarum Cano-  
 nicis, parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, seulo ca tenentibus, eorundem ple-  
 banis, viceplebanis, capellanis, curatis, & non curatis, cæterisque presbyteris, cleri-  
 cis, notariis, & tabellionibus publicis quibuscumque per prouintias, ciuitates, & dice-  
 ceses prædictas, ac alias vilibet constitutis, & eorum cuilibet insolidum super vte-  
 riori executione facienda auctoritate prædicta tenore præsentium committimus

vicēs nostras, donec eas ad nos exprēssē duxerimus reuocandas, quos, & eorum quē  
libet insolidum eisdem auctoritate, & tenore requirimus, & monemus primo, secun-  
do, tertio, & peremptoriē ipsis, & cuilibet eorum in virtute sanctae obedientiae, & sub  
excommunicationis poena, quam in eos, & corum quemlibet, canonica monitione  
præmissa, ferimus in his scriptis, nisi fecerint, quæ mandamus, districte præcipiendo  
mandantes, quatenus fratres dies post requisitionem ipsis, seu alteri ipsorum pro  
parte dictorum reuerendorum dominorum Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Bur-  
genis principalium vigore præsentium de superfactam immediate sequentes, quos  
tres dies ipsis, & eorum cuilibet pro omni dilatione, terminoque peremptorio, ac mo-  
nitione canonica assignamus. Ita tamen quod in his exequendis unus eorum alterum  
non expectet, nec alter pro alio se excusset, ad vos omnes, & singulos supradictos,  
quibus præsens noster processus ditigitur, personasq; & loca alia, de quibus vbi, quā-  
do, & quoties expediens fuerit, personaliter accedant, seu alter eorum accedat, hu-  
ijsmodi nostros processus, ac quæcumque in eis contenta vobis communiter, vel di-  
uisim legant, intiment, insinuent, & fideliter publicare procurent, necnon præfatos  
dominos Decanum, Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Burgensis principales in cor-  
poralem, realem, & actualem possessionem exercendi iurisdictionem criminalē iux-  
ta formam, & tenorem supradictæ concordie ponant, & inducant, eosdemque ab im-  
petitionibus, molestationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis ipsis  
per dictum Reuerendissimum dominum Christophorū Vela Archiepiscopū Bur-  
gensem ex aduerso principalem de, & super dicta iurisdictione criminali, & illius oc-  
casione factis, præstitis, & illatis tucantur, & defendant, ac tueri, & defendi, ipsisq;  
vel eorum legitimo procuratori de dictis centum quadraginta ducatis ratione expē-  
sarum, ut præfertur, taxatarum debitam, & condignam satisfactionem impendi fa-  
ciant, & procurent infra terminos superius annotatos. E T S I F O R S A N, quod  
non credimus, contradictores, & rebelles prædicti mandatis, monitionibus, requisitionibus,  
inhibitionibus, & processibus nostris huiusmodi, immo verius apostolicis in-  
fra dictos eis respectiue terminos superius expressos parere, & obedire neglexerint,  
aut recusauerint, pœnas, sententias, & censuras prædictas in eos, ut præmittitur, lata  
damnabiliter incurrendo, ex tunc prædictis subdelegatis nostris sub dicta excommu-  
nicationis pœna committimus, & mandamus, quatenus singulis diebus dominicis,  
& festiuis in suis ecclesiis, monasteriis, & capellis infra Missarum, & aliarum hora-  
rum diuinarum solennia, aut alias vbi, quando, & quoties expedierit, & pro parte di-  
ctorum reuerendorum dominorum Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Burgen. prin-  
cipalium de super requisiti fuerint, seu alter eorum fuerit requisitus, dictos contra-  
dictores, & rebelles sic excommunicatos publicè denuntient, & ab aliis, quantum in  
eis fuerit, denūtiari faciant, donec, & quo usque aliud à nobis, vel superiore nostro su-  
per hoc habuerint in mandatis. V E R V M S I contradictores, & rebelles prædi-  
ctos dictam excommunicationis sententiam per decem dies illius denūtiationem im-  
mediate sequentes pertinaciter sustinuerint, Nos ex tunc, quia crescente contuma-  
cia, & inobedientia, crescere debet, & pœna, ne facilitas pœnæ audatiam tribuat de-  
linquentibus, processus nostros huiusmodi aggrauamus, dictis subdelegatis nostris  
modo, & forma præmissis præcipientes, quatenus singulis diebus dominicis, & festi-  
uiis in suis ecclesiis, monasteriis, & capellis infra Missarum, & aliarum præscriptarum  
horarum solennia dictam excommunicationis denūtiationem reiterando, & inno-  
uando, eosdem contradictores, & rebelles, sic, ut præmititur, excommunicatos, denū-  
tiatos nominatim, campanis pulsatis, candelis accensis, ac demum extinctis, & in ter-  
ram proiectis, cruce erecta, & religione inducta, aquam benedictam aspergendo ad  
fugandum dæmones, qui eos detinent sic ligatos, & laqueis suis catenatos, orando  
quod Dominus noster Iesus Christus ipsos ad Catholicam fidem, & sanctæ matris

Ecclesiæ

Ecclesiæ gremium reducere dignetur, nec eos in talibus peruersitate, & duritia dies  
 eorum finire, permittat, cum decantatione responsorijs: Reuelabunt cœli iniquitatem  
 Iudææ, &c. & Psalmi: Deus laudem meam ne tacueris, &c, cum Antiphona: Media vi-  
 ta in morte sumus, totaliter, & his finitis ad ianuas Ecclesiarum suarum vna cum cle-  
 ricis, & parochianis accedant, & ad terrorem, ut citius ad obedientiam redeant, tres  
 lapides aduersus domos habitationum suarum proiiciat in signum maledictionis æter-  
 næ, quam Deus dedit Choræ, Datham, & Abiron, quos terra sustinere non potuit,  
 sed iusto Dei iudicio illos absorbuit, ut in infernum descenderent viuëtes, etiam post  
 Missam, & in Vesperis, aliisque horis canonicas, & sermonibus, & prædicationibus  
 publicis solenniter publicent, & denuntient, ab aliis, quantum in eis fuerit, publicari,  
 & denuntiari, ac ab omnibus Christi fidelibus arctius euitari faciant, donec aliud à  
 nobis, vel superiore nostro super hoc receperint in mandatis. P R E T E R E A, si pre-  
 fati denunciati, & aggrauati aggrauationem huiusmodi, per alios decem dies illius pu-  
 blicationem, & dictos decem immediatè sequentes animis (quod absit) sustinuerint in  
 duratis: Nos ex tunc, quia peruersorum audacia presumptua id exegit, ut vñica pœ-  
 na non contenti fortioribus arceantur pœnis, ne fides illorum ledatur, qui suis supé-  
 rioribus obedientiam semper impenderunt, processus nostros huiusmodi reaggraua-  
 mus, subdelegatis nostris vt supra mandates, quatenus dicta auctoritate Apostolica  
 omnes, & singulos Christi fideles vtriusque sexus homines, & præsertim familiares,  
 & seruitores denuntiatorum, & aggrauatorum huiusmodi, modo & forma premissis,  
 moneant, & requirant, primo, secundo, tertio, & peremptoriè, prout etiam nos re-  
 quirimus, & moneamus eosdem ipsis, & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ,  
 & sub excommunicationis pœna districtius iniungendo, quatenus infra sex dies mo-  
 nitionis, & requisitionis huiusmodi ipsis factarum immediate sequentium, quos dies  
 ipsis, & eorum cuilibet pro omnidilatione, terminoque peremptorio, ac monitione  
 canonica assignent, prout nos assignamus, eisdem à participatione, communione, fa-  
 miliaritate, & seruitio ipsis denuntiatorum, aggrauatorum pœnitutis, & omnino  
 desistant, nec cum eis, vel eorum aliquo seruiendo, loquendo, conuersando, cibum,  
 potum, aquam, vel ignem, aut alia necessaria ministrando, aut aliquo, humanitatis so-  
 latio, præterquam in casibus, & personis à iure permisis, participare presumat, seu ali-  
 quis eorum presumat, & si contrariū fecerint, nos in eos, & eorum quilibet cum dictis de-  
 nuntiatis, & aggrauatis rebelliter participates, & contra facientes ex nunc prout ex tunc,  
 & ex tunc prout ex nunc, dicta sex dietū canonica monitione præmissa, excommunicati-  
 onis sententiā ferimus in his scriptis, & etiā promulgamus, dictis subdelegatis no-  
 stris modo, & forma præmissis, districte præcipiendo mandates, quatenus singulis die-  
 bus dominicis, & festiuis, in suis ecclesiis, monasteriis, & capellis infra Missarum, &  
 aliarū prescriptarum horarū solennia, ac ubi, quando, & quoties expedierit, præfa-  
 tos Christi fideles, familiares, & seruitores, quicum dictis denuntiatis, & aggrauatis  
 rebelliter participauerint, excommunicatos tandem publicent, & denuntient, & ab  
 aliis, quantum in eis fuerit, publicari, & denuntiari, ac ab omnibus Christi fidelibus  
 arctius euitari faciant, donec & quo usque absolutionis beneficium desuper merue-  
 rent obtinere. D E M V M si prefati denunciati, aggrauati, & reaggrauati reaggraua-  
 tionem huiusmodi per alios decem dies ipsius publicationem, & dictos triginta  
 dies immediatè sequentes, sustinuerint, ac processibus mandatis, monitionibus, & in-  
 hibitionibus nostris huiusmodi, immo verius Apostolicis non paruerint cum effectu,  
 (quod Deus auertat) Nos ex tunc, quia, mucrone non proficiente Ecclesiastico, tem-  
 poralis saltē gladius non immerito suffragatur, auxiliū brachij secularis duximus  
 inuocandum, ut quos Dei timerat a malo non reuocat, temporalis saltim coerceat se-  
 veritas disciplinae. H I N C E S T Q U O D V O S Serenissimum, ac potentissi-  
 mum Principem, & domium domium Philippum Regem antedictum dicti gladij  
 princi-

principalem vibratorem, & iustitiae zelatorem in Domino exhortamur, Vosque dominos Duces, Comites, Marchiones, Comites, Varones, Procontules, Iudices, officiales, & alios supradictos iurisdictionem temporalem, & ordinariam, per vos, vel alium, seu alios exercentes, quibus presens noster processus dirigitur, dicta auctoritate tenore presentium requiri mus, & monemus primo, secundo, tertio, & peremptoriè vobis, & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicacionis poena, quam in vos, & vestrum quemlibet, canonica monitione præmissa, ferimus in his scriptis, nisi feceritis, quæ mandamus, districte præcipiendo mandantes, quatenus infra sex dierū spatiū post supradictos terminos succesiue præ expressos, nec nō notificationē, & publicationem præsentiu vobis seu alteri vestrum in vestris territoriis, iurisdictionibus, & districtibus, ac requisitionem pro parte dictorum reuerendorum dominorum Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Burgensis principalium desuperfactas, immediatè sequentes, quorum sex dierum, duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies vobis, & vestrum cuilibet pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, vos omnes, & singuli domini temporales antedicti, quorum omnium super hoc auxiliū brachij secularis inuocamus, quoties, & quando pro parte dictorum reuerendorum dominorum principalium vigore præsentium fueritis requisiti in iuris subsidium, contra & aduersus præfatum reuerendissimum dominum Christophorum Vela Archiepiscopum Burgensem, ex aduerso principalem per captionem, inuassionem, & detentionem rerum, & bonorum eiusdem spiritualium, & temporalium insurgatis, & alios insurgere faciatis, dictaq; bona inuadatis, & in firma, & tuta custodia teneatis, arrestetis, & occupetis per vos, vel alium, seu alios, ac quilibet vestrum, qui super hoc requisitus fuerit, inuadat, custodiat, detineat, arrestet, & occupet libere, & licite, super quibus, omnibus, & singulis vobis, & vestrum cuilibet licentiam, ac plenariam potestatem concedimus per presentes, donec, & quo usque dictus reuerendissimus dominus Christophorus Vela Archiepiscopus Burgensis ex aduerso principalis possessionem exercendi iurisdictionem criminalem iuxta formam supradictæ concordia præfatis reuerendis dominis Canonicis, & Capitulo Burgensi principalibus, siue eorum procuratori pro eis, vacuam, & expeditā dimisserit, ac à dictis impetitionibus, vexationibus, molestationibus, & perturbationibus destiterit, necnon de dictis centum quadraginta ducatis auride camera ratione expensarum taxatarum, realiter, & cum effectu satisfecerit.

Q V O D S I F O R T E vos serenissime, ac potentissime Princeps, & Rex antedicti, executor iustitiae præsentis nostri processus, & mandatorum nostrorum, imouerius Apostolicorum transgressor, contradictor, vel neglector fueritis (quod tamè vestræ regalis celitudinis per fulgidæ iam dudum per totum orbem diuulgata obedientia suspicari non sinit) procul dubio iusti iudicis officium offenderitis, & præmium alias pro executione iustitiae vobis à domino Deo paratū nihilominus ammitteretis, licet vos huiusmodi nostris sententiis ligari nolumus ob reuerentiam vestræ celitudinis non immetito deferentes, intuitu tamen iustitiae, & ob sanctæ Sedis Apostolicæ, & præfati domini nostri Papæ reuerentiam, eandem vestram regalem celitudinem, ad præfatam executionem efficaciter adimplendam in Domino exhortamur.

E T G E N E R A L I T E R dicti subdelegati nostri omnia, & singula nobis in hac parte commissa plenariè exequantur iuxta traditam, seu directam nobis à Sede Apostolica formam: Ita quod dicti subdelegati, vel quicumque alij nihil in præiuditium dictorum reuerendorum dominorum Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Burgensis principalium valeant attentare, nec in processibus per nos habitis, & sententiis per nos latis absoluendo, vel suspendendo, aliquid immutare. In cæteris autem, quæ eisdem Canonicis, & Capitulo Burgensi principalibus nocere possent super præmissis in aliquo, seu obesse, ipsis, & quibuscumque aliis potestatem omnimodam denegamus, &

si con-

si contingat, super præmissis nos in aliquo procedere, de quo nobis potestatem plena  
riam rese uamus, non intendimus propterea, commissionem nostram huiusmodi in  
aliquo reuocare, nisi de reuocatione ipsa speciale, & expressam fecerimus mentio-  
nem. Præsentes quoque literas, siue hunc nostrum processum executoriale, volumus  
penes dictos reuerendos dominos Canonicos, & Capitulum Burgensem principa-  
les, vel eorum procuratorem remanere, & non per vos, aut aliquem vestrum contra  
ipsorum voluntatem detineri. Contrarium vero facientes præfatis nostris sententiis,  
prout per nos in his scriptis latæ sunt, prædicta canonica monitione præmissa, ipsofa  
& volumus subiacere. Mandamus tamen copiam fieri de præmissis eam potentibus,  
& habere debentibus, potentium quidem sumptibus, & expensis.

A B S O L V T I O N E M V E R O omnium, & singulorū, qui præfatas nostras sen-  
tentias, aut earum aliquam incurrerint, siue incurrit quoquomodo, nobis, vel supe-  
riori nostro tantummodo reseruamus. I N Q V O R V M omnium, & singulorum  
præmissorum præsentes literas, siue præsens publicum instrumentum huiusmodi no-  
strum processum executoriale in se continent, siue continens exinde fieri, & per  
notarium publicum, nostrumq; huiusmodi causæ coram nobis scribam infracrip-  
tum subscribi, & publicari mandauimus, sigillique nostri iussimus, & fecimus, appé-  
sione communiri. Datum & actum Romæ apud sanctum Petrum in Palatio causa-  
rum Apostolico, in quo iura reddi solent, nobis inibi manè hora audientiæ causa-  
rum consueta ad iura reddendum, & causas audiēdum pro tribunali sedentibus, sub  
anno à Natiuitate Domini millesimo, quingētesimo, octuagesimo sexto, in dictione  
decimaquarta, die vero Mercurij nona mensis Iulij, Pontificatus autem sanctissimi  
in Christo Patris, & domini nostri domini Sixti diuina prouidentia Papæ V. anno  
eius secundo: præsentibus ibidē discretis viris dominis Claudio Coyrenotto, & Vir-  
gilio de Vellis sacri Palatij Apostolici causarum notariis, scribisq; nostris, testibus ad  
præmissa omnia, & singula vocatis, & rogatis. Et ego Carolus Saracenus clericus  
Romanus, publicus Palatij Apostolici causarum Rotæ notarius, quia præmissis om-  
nibus, & singulis præsens interfui, & in notam sumpsi, ideo hoc præsens publicum li-  
terarum, & executorialium instrumentum, licet aliena manu, mihi fideliter scriptum  
subscripsi, & publicaui, signoq; meo solito signauit rogatus, & requisitus.

